Virtutes. Sanguineus est Sachiel ideoq. naturæ humanæ maximè consentaneus, facit honestos religiosos in super=stitionem uergentes boni temperamenti, et consequenter bonæ indolis, animi moderatos in omnibus animi pathematibus beneuolos, liberales, fidos amicos, faceti, uel potius face=tiarum amantes Jouialibus ergo tranquilla et serena fronte. — Si minus influat Jupiter superstitiosos omninò facit animos, et timidæ naturæ, prodigos, superbos negligentes, simulatos amicos, facetos, sed stultos reddit homines, tandem remissa eius influentia ignobilis est.
In medio summæ remissaq; influentia consistit medium quoddam, quibus taliter influit Sachiel magiæ pluri=mum additi sunt, ut et astrologia diuinatrici, necro=mantiæ, phisionomiæ, chiromantiæ, et reliquis artib. quibus futura prædicuntur, et antequam ergo te ma= * gicis artibus initiens huic te deuoueas, magnum enim in his rebus progressum facies si te Jupiter me=dia uirtute suæ influentiæ inspexerit.
Implorantur ad Lites hilares. honores redden. lites pacificandas Item huius ope Inimici mitigantur, ualet etiam ad mulierum amorem conciliandum, sed plus Venus, quam Jupiter in his rebus potest, per uenerem enim connubium et Iouem autem id solum consequimur quod nos connexion=dinis dulcedine pelleat, perpetuo uti consortij desiderantur.